

sto Intercessore gloriatur, neque tamen intra se recte reputat necessitatem reconciliationis, siue abolendæ offensæ, nescit, quid iactet aut sentiat. Vice versa: omne pondus veræ fidei, in aduocatione Christi contra sensum peccati confidentis, nititur in *ἰλασμῶ* tanquam vltima basi. Rom. V. toto.

PRAEDI-
CATVM.

IX. *Predicatum* est *ἰλασμός*, ac emphatice in abstracto, vt loquuntur, exprimitur. *Propitiatio* pro Propitiatore, vt i Ioh. IV, 10. Quem sensum illustrat Locus ille, quo DEVS Christum dicitur fecisse *peccatum* pro nobis, vt nos euadamus *iustitia DEI* in ipso. 2 ad Cor. V. v. 21. Ibidem enim agitur de reconciliationis negotio a versu 18. & seqq. Tonus Nominis *ἰλασμός* consonat cum nomine *ἁγιασμός* i Cor. I, v. 30. cum Christus legitur nobis factus sapientia a DEO, iustitiaque & sanctificatio, *ἁγιασμός*, & (plena) redemptio; ita quidem vt ipsa res cum re consentiat. Versio Montensis reddit: *Victima Propitiationis* quam aptissime. quam in rem legenda est tota epistola ad Ebræos, præcipue caput X. Sic enim capi poterit neruus τῆ ἰλάσκειται Ebr. II, 17. tanquam complementum τῆ ἰλασηρίσ Ebr. IX, 5. IV, 16. Rom. III, 25. Ebr. VIII, 12. 13. nec non suspirii illius Luc. XVIII, 13. *ἰλάσθητι*. quam vocem impij & securi homines non emittunt serio. Non enim vident, non legunt scriptam, in corde sententiam legis. In veris terroribus ac doloribus cernitur hæc sententia. Nec sine illo certamine perterretactæ conscientiae intelligi potest tota hæc doctrina. Quæritur enim, quid intra nos opponi a iun- de possit iræ DEI? Verba sunt passim in Symbolicis Libris
occurentia.

p. 119. 268.
17. 102. 494
§c.

Predicati

X. *ἰλασμῶ* opponitur *Ira* peccatis debita (cuius mor-